

A inter Phoeniciam Nilumq; est, deferendum, à Nymphisq; omni studio curaç; educandum. Vnde ab Ioue Nyſaç; Dionysium dixerunt: quod etiam Homerus in hymnis testatur, inquietus: Est Nyſa ſupra montem floridum, ſylua procul à Phoenicia fermè Aegypto fluente. Nutritum à Nymphis aīunt, uini uineæq; extitile auctorem. Orbem quoq; fermè obambulantem, multas regiones reddidisse domesticas: ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Docuisse eos insuper, quorum regio uites ferre nō posset, potuit ex hordeo confidere: quem nonnulli zythum dicunt, paulum à uini ſapore differentem. Exercitum quoq; ſecum non tantum uirorum, ſed etiam mulierum circumducens, nepharios homines atq; iniquos merita multauit poena. In Boeotia iuſſit in gratiam patriæ omnes urbes liberas eſſe, ciuitate ſui nomi nis condita, quam & liberam pronunciauit. In Indianum cum exercitu tranſecti dens, triennio pōt multis cum ſpolijs in Boeotiam redit. Primus omnium triumphauit, elephante Indico uictus. Boeothi, ceteri qd; Greci, Thraces quoque in memoriam Indicæ expeditionis ſacra Trieterica ſibi instituerunt. Vnde & in multis Græciis urbibus triennio Bacchides mulieres cōueniunt; apud quas de more uirgines thysrum ferunt, in honorem Dei bacchantes, eiq; per coetus ſacrificantes. Poſtremo memoriam Menadum, que feruntur illi Deo aſtitile, hymnis & cantu renouant. Sufſulit & omnes impios qui in orbe erant, ſed maximē Penthem ac Lycurgum. Uini inuentio tum propter potus uoluptatem, tum quia corpus reddit ualidius, grata ſupra modum mortalibus fuit. Aīunt cum purum in coenis uinum datur, omnes Deum ſospitem optare b̄enti. Cum uero poſt certam aqua mixtum ſumitur, louem uocari ſaluatorē. Nam puri uini potus ad infantiam redigit. A qua Louis mixtus, uoluptatem lætitiamq; affert, & prohibet infaniam. Ferunt ut deos, rerum ab ſe inuentarū meritis, maximē Dionysium ac Cererem ab hominibus coli: alterum ſuauissimū potus auctorem, alteram ob fruges ab ſe repertas. Traditur quoq; & alter multa prior ætate fuisse Dionysius, quem aīut ex Ioue & Proſerpina natum, B à noūullisq; appellatum Sæbasin. Huius genus ſacra honoresq; propter pudore nocturna occultaq; agunt. Dicitur propter ingenij acumen primus boves ad iugum iunxit, eorumq; opera frugem iacta ſemina reddidisse: qua ex re illum cum cornibus finixerunt. Ex Semele uero natum posteriorem ferunt, delicij deditum, molli corpore, ac pra; ceteris decoro, uoluptatibus insuper uenereis indulgentem: in exercitu mulierum copiam circumduxiſſe, armata hafis thyſo inuolutis. Tradunt & Muſas uirgines cum eo profecias, apprime eruditas. His tum propter cantus ſuauitatem, tum quia docta psallere, bonisq; artibus eruditæ erant, Deus ille oblectabatur. Secutus eſt ipſum Silenus quoq; paedagogus ac nutritor, optimorūmq; inſtitutor ſtudiorum, qui plurimum Dionysio ad uirtutem ac gloriam tēſcē bellicas profuit. Armis bellicis in pugna utebatur, & pardorū pellibus: pacis tempore in ſolemnitatibus diebusq; festis ueltes floridas, molles ac delicateſſas inudebat. Si quando ex potu b̄enti caput agitare, mitra caput alligabat, unde & Mitriphorus dictus eſt. Reges posteri pro mitra caput diademate uinciri ſunt ſoliti. Aīunt insuper Di metera uocatum; quoniam ex uno patre duo ſint orti Dionysij, & matribus duabus. Verūm posteriori prioris ascripta ſunt geſta. Quapropter qui postmodum ſecuti ſunt, ueritatis ignari, nominisq; ducti ſimilitudine, unicūm ex titiſſe Dionysium crediderunt. Nartheca quoq; ex huiusmodi tribuunt ei cauſa. Cum nouiter reperto uino, nondum aquam infundere conſueſſent: in amicorum epulis ac festis diebus uinum purum ad uoluptatem potates, ebrū reddebat. Qua ex lignis baculis quos geſtabant, alteri alteros percutientes, plurimos uulnerabant, quidam peribant ex uulnere. Ut eiusmodi certamina prohiberentur, Dionysius, ut modico uino, utq; pro ſuſtibus lignis ferulis uerentur, edixit. Plurima ei cognomina a tebus quas egit, ſunt ab hominibus